Oleum ex amaris nucibus. Allium.
Mel crudum Vinum
Lentiſcus Squama ferri

Fel taurinum — Scamonea.
Vua taminia — Cinamomum.
Styrax — Cucutæ ſemen.
Reſina — Narciſi ſemen
Fel — Nuces amaræ, oleumque earum.
Atramentum ſutorium. — Chryſocolla
Veratrum — Cinis.

Quæ exedunt corpus.

Acaciæ ſuccus — Ebenus
Erugo — Squama æris
Chryſocolla — Cinis cyperus.
Nitrum — Cadmia.
Spuma argenti — Hypociſtis.
Diphryges — Sal
Auripigmentum — Sulphur
Cicuta — Sandaraca
Salamandra — Alcionium
Aeris flos — Chalcitis
Atramentum ſutorium
Ochra — Calx
Acetum — Galla
Lac caprifici — Alumen
Lactucæ marinæ lac, quæ Græce vocatur Tithy, mallos alcyonium.
Fel — Thuris fuligo
Spodium — Lenticula
Mel — Oleæ folia.
Marrubium — Lapis hæmatites
Myſi — Acetum.

Quæ adurunt.

Auripig-

Auripigmentum Atramentum ſutorici.
Chalcitis Myſi
Ærugo Calx
Cartha combuſta Sal
Squama æris Fæx combuſta
Myrrha
Stercus columbæ.
Stercus palumbi.
Stercus lacerti.
Stercus hirundinis.
Piper Coccum gnidium
Diphryges.
Lac vtrumque, quod ſupra dictum eſt
Veratrum album, nigrum.
Cantharides Corallium
Pyretrum Salamandra
Eruca Sandaraca
Vua taminia Chryſocolla.
Ochra Alumen
Ouillum ſtercus.

Quæ cruſtas inducunt vlceribus.

Eadem fere quæ ſupra, cruſtas vlceribus inducũt vel ab igne aduſtis, ſed præcipue Chalcitis, vtique ſi cocta eſt.
Flos æris Ærugo.
Auripigmentum.
Myſi, & id quo magis coctum.

Quæ cruſtas vlceribus reſoluunt.

Cruſtas reſoluit farina triticea cum ruta, vel porro, vel lenticula, cui mellis aliquid eſt adiectũ.

Quæ diſ-

Quæ diſcutiunt, quæ in aliqua parte corporis coieruut.

Abrotanum
Alba viola Mel
Samſucus Cyperus
Sertula campana
Cedrus
Viola purpura
Roſa
Praſsium
Nardus
Caſia
Cera
Vua Tamina
Styrax
Tragoriganus
Bitumen
Pyrites lapis, vel molaris
Amaræ nuces
Amaracus
Lilium
Lac
Serpillum Cupreſſus
Iris
Narciſſus
Crocus
Iuncus odoratus
Cinamomum
Amoniacum
Reſina
Spuma argenti
Ficus arida
Lini, & Narciſi ſemen.
Sordes ex gymnaſio
Crudus vitellus.
Sulphur.

Quæ euocant, & educunt.

Laudanum
Elenus
Omphacium
Chalcitis
Reſina
Pinea
Ficus arida decocta
Pumex
Elaterium
Nitrum
Alumen rotundum
Lini ſemen
Fel
Bdellium
Terebinthium
Propolis
Stercus columbæ
Farina Lilii groſi in agua coctæ
Lauribaccæ.
Sal.

Quæ

Quæ exaſperata leuant.

Leuat id, quod exaſperatum eſt.

Spodium
Gummi
Lac
Ebenus
Oui album
Tragagantum.

Quæ carnem nutriunt, & vlcus implent.

Reſina pinea
Aſterante
Cera
Ochra artice
Butyrum.

Quæ molliunt.

Aes combuſtum
Nitrum
Ammoniacum
Cera
Adeps
Ficus arida
Seſamum
Narciſi radix, & ſemen
Coagulum
Amaræ nuces
Stibe
Cochlea coſta
Palumbi recent.
Cardamomum
Reſina
Iris
Sulphur
Terra cretria
Papaueris lachryma
Bdellium
Seuum
Oleum
Sertula campana
Roſæ folia.
Vitelli crudi
Medulla omnis
Pix
Cicutæ ſemen
Panace
Galbanum
Vua taminia
Balſamum
Butyrum
Styrax
Sordes ex gymnaſio
Ruta.

Quæ cutem purgant.

Mel cutem purgat, ſed magis ſi eſt cum Galla, vel Eruo, vel Lenticula, vel Marrubio, vel Iride, vel Ruta, vel Nitro, vel Erugine.

TAB. VI. finis.

De ijs, quæ conueniunt ſingulis membris, Tabula VII.

Cerebro, & Capiti conuenientia.

Cubebe	Galanga
Lignum aloes	Maiorana
Meliſſa	Staphiſagria
Acorus	Muſcus
Nux myriſtica	Roſmorinus
Roſa	Sticas
Peonia	Hyſſopus
Spica	Chamomilla
Melilotum	Ruta
Thus	Laudanum
Caſtoreum	Capparis.

Oculis conuenientia.

Eufraſia	Fœniculus
Garyophyllus	Agrimonia
Chelidonion.	

Cordi conuenientia.

Cyperus	Cinnamomum
Crocus	Corallus

Garyo-

Garyophyllus	Karabe
Lignum aloes	Margaritæ
Macis	Meliſſa
Myrabolani	Muſcus
Nux moſcata	Olibanum
Os de corde cerui	Piſtacia
Roſmarinus	Roſæ
Spodium	Sticas arabica
Terra ſigillata	Zedoaria
Bugloſſa	Borrago
Maiorana.	

Pulmoni conuenientia.

Inula campana		Hyſſopus
Praſsum	Idus Illyricum	Scabioſa
Glicyriza	Paſſulæ	Capillus Veneris
Iuiube		Sebeſte
Caricæ		Tragagantum
Penidiæ		Amygdalæ
Dactyli		Fiſtici.

Stomacho appropriata.

Abſinthium		Calamus aromaticus
Caſsia lignea		Cyperus
Crocus		Coralli
Cuſcuta		Eupatorium
Fumus terræ		Galanga
Garyophylli		Gallia muſcata
Lacca		Leuiſticus
Lignum aloes	Maſtix	Balſamitis
Mentha	Myrabolani	Nux muſcata.
Origanum	Piſtacia.	

Pellicula interior ſtomachi gallinæ
Spodium Citonea mala
Olibanum.

Hepati conuenientia.

Abſinthium Caſsia lignea
Crocus Cuſcuta
Eupatorium Fumus terræ
Garyophyllus Gallia muſcata
Origanum Piſtacia
Hepatica Endiuia
Cichorium Squinantum
Plantago maior Polium
Serpentaria vtraque Vuæ paſſæ
Spica Aniſum
Marathrum Sandali

Spleni conuenientia.

Ebulus Hedera
Fraxinus Scolopendrion
Tamarix Polytrichon
Daucus Calamentum
Rubea tinctorum Cyperus
Capparis Acorus
Aſarum Sambucus
Eupatorium.

Opilationi Hepatis conuenientia.

Caſsia lignea Capillus Veneris
Cicer rubeum Cuſcuta
Eupatorium Fumus terræ
Praſsium Serpentaria

Aſpara-

Aſparagi	Sticas
Polium	Raponticum
Rabarbarum	Apium.

Opilationi Splenis conuenientia.

Raponticum	Capillus Veneris
Capparis	Cuſcuta
Eupatorium	Praſsium
Fumus terræ	Tamariſcus

Matrici conuenientia.

Sauina	Abrotanum
Grana Iuniperi	Maiorana
Pulegium	Stafiſagria
Hypericon	Acorus
Marathrum	Saxifragia.

Renibus,& Veſicæ conuenientia.

Aſparagi	Saxifragia
Milium ſolis	Aſarum
Acorus	Filipendula
Geneſta	Petroſelinon
Polium	Cuſcuta
Fœniculus.	

Iuncturis conuenientia.

Polium montanum	Aſarum	
Acorus	Amomum	
Saluia	Calamentum	
Pyrethrum	Sticas	Coſtum

Semina communia calida.

Aniſum — Marathrum.
Petroſelinum — Apium
Aſparagi — Bruſci.

Radices calidæ.

Petroſelini — Apij
Aſparagi — Fœniculi
Bruſci.

Semina communia frigida, maiora.

Cucumeris — Cucurbitæ
Melonis — Citrulli.

Semina communia minora, frigida.

Endiuiæ — Lactucæ
Portulacæ — Scariolæ.

Trium radicum.

Apij — Fœniculi — Petroſelini.

Duarum radicum.

Fœniculi — Petroſelini.

TABVLA VIII.

De partitione Humorum, & Qualitatum.

HVMOR eſt corpus aliquod, in quo in primis nutrimentum conuertitur.
Horum quidam dicuntur primi, quidã ſecundi.

Humo-

Humores primi quatuor.

Sanguis,
Phlegma,
Cholera,
Melancholia.

SANGVIS.

Naturalis, cum. ſ. color eſt rubeus, purus, citra malum odorem. & vt plurimum dulcis.

Non Naturalis, primo, ſi ſua natura, complexione, & qualitate ſcilicet, à colore permutatus eſt. Secundo, cum alius quiſpiam humor corruptus ei commiſtus eſt.

Et hoc fit dupliciter.

Quando ſcilicet deforis veniens humor, in ſanguinem penetrat, atque ipſum corrumpit.

Vel ſi in ipſomet ſanguine, aliqua ſcilicet intemperie, talis generetur.

PHLEGMA

Naturale, quod cum actu non ſit aptum, tamen vt in tempore ſanguis fiat. Quandoquidem Phlegma, ſanguis non probe percoctus eſt.

Illo Phlegmate corpus indiget duplici de cauſſa.

Neceſsitate. Primo, in membris deficiente ſanguine, ipſum à virtutibus naturalibus peragitur, vt in ſanguinem conuertatur, qui ea rurſus nutriat. Secundo Nam ſanguini ad-

mixtum, nonnihil ipſum efficit aptum, ad phlegmaticæ complexionis membra refocillanda, ac munienda.

Vtilitate. Nempe vt virtus membrorum, & ipſa plane membra reparanda, reddantur agiliora, humectando ſcilicet, ne exiccentur iuncturæ, cauſſa continuæ motionis.

Non naturale Phlegma.

1 Quod eſt. Vel ſubſtantiæ diuerſæ, puta, mucilaginoſum, neque ad ſenſum plane diuerſæ eſſentiæ.

Crudum in ſubſtantia æquale, in veritate diuerſum.

Subtile, vel aquoſum valde.

Gypſeum, quod eſt valde groſſum, cuiuſque ſubtile, reſolutiuum eſt.

Vitreum, omnium peſsimum, vitro liquefacto ſimile & craſſo.

2 Vel eſt ſaporis alieni, & corrupti à naturali phlegmate. Et id eſt in quadruplici differentia.

1 Aut enim eſt Salſum.

Omnibus hoc acutius, ſiccius, & leuius eſt.

2 Aut acetoſum, & hoc ab

Re extranea, & melancholia acetoſa ſibi admixta.

Ebulitione ſuijpſius, vt in phlegmate dulci, & in alijs humoribus ſuccoſis, prius ebullientibus, deinde aceſcentibus.

3 Aut

3 Aut Ponticum, & fit
Ab extraneo, vt à melancholia pontica ſibi commixta.
A ſeipſo: quia vehementer infrigidatum eſt, ita vt in ponticitatem exierit.

4 Aut inſipidum,
Cui ſanguis naturalis commiſcetur, quodque in rheumatiſmis ſentitur.

Cholera.

Naturalis, eſt ſpuma ſanguinis: cuius color eſt rubeus, & clarus, ipſa autem leuis, & acuta. Et in duas diuiditur partes. ſ.

Aut enim ſanguini commiſcetur. Et hoc duplici cauſa. Neceſſario: vt membra cholerica nutriat, ſcilicet, pulmonem. Vtilitate: quia ſubtiliat, & ad interiora ſanguinem penetrare facit.

Aut ad fellis ciſtim fluit. Atque id duplici cauſa. Neceſsitate. Et id aut quia totum corpus mundificat: aut, quia veſicam fellis nutrit.

Vtilitate. Idque ob hoc, quod inteſtina abluit, purgatque: atque quod ani muſculos ita pungit ad naturæ ſuperflua egerenda.

Innaturalis Cholera fit, quando
Aliud extraneum ſuæ commiſcetur ſubſtantiæ. Et ita aut famoſa, aut ſcita, cui id quod admixtum eſt, exttaneum eſt per phlegma.

Et generatur ex eo.

Cholera.

Citrina: quia phlegma commixtum eſt tenue

Vitellinum, vbi phlegma eſt groſſum.
Vel quando ſubſtantia in ſe eſt vitiata. Et fit

Minoris famæ: quæ etiam adusta vocatur Cholera, cui melancholia commiſcetur. Et hæc generatur duobus modis.

Primo, cum cholera in ſe aduritur, aut cinereitas in ea accidit: quod deterius eſt.

Secundo, ſi melancholia deforis aduruit, eique commiſcetur.

Cum ſubtile, quod eſt in ſanguine aduruit, cuius ſpiſsitudo eſt cholera nigra, magiſque generatur in epate.

Alia, cuius generatio in ſtomacho, ex mali chymi generatione prouenit. Et ita fit

Praſsina, quæ vt videtur fit ex vitellinæ admixtione.

Eruginoſa, quæ eſt vt ærugo æris.

Melancholia.

Naturalis, eſt boni ſanguinis fex, turbolentia, & ſuperfluitas: cuius ſapor inter dulcedinem, & ponticitatem exiſtit. Et hæc defluit cum ſanguine duplici cauſſa { Neceſsitatis, ad parandum ſanguinem, qui poſsit nutrire membra melancholica, vt oſſa. Vtilitatis, vt ſanguinem reſtringat, atque ipſum inſpiſſet

Vel fluit ad lienem. Et hoc bifariam. } Aut gratia.

Neceſsitatis: vt corpus totum ab hac ſuperfluitate mundificet, aut in plenem nutriat.

Vtilitatis, quia os ſtomachi ſtringit, & confortat, famiſque deſyderium excitat.

NON

NON Naturalis melancholia aduſta, cinericia, gignitur que quatuor modis, ſcilicet, ex cinere

Choleræ
Phlegmatis,
Melanchaliæ
Sanguinis.

Quodlibet horum eſt ſaporis eiuſdem. cum humore, à quo deriuatur.

Atque hæc de primis humoribus.

Secundi vero ſunt,

Superfluitas naturalis: vt
Sanguis,
Cholera,
Phlegma,
Melancholia.

Non ſuperfluitas. Et horum quoque ſunt quatuor, ſcilicet

Innominatus, qui eſt firmior in foraminibus extremitatum paruarum venarum, contentis membris ſimilibus, propinquis, inhibentibus eam.

Ros, eſt humor tranſiens per omnia membra ſimplicia, ſicut ros, qui in nutrimentum aptus eſt conuerti

Cambium (ita enim Barbari nominerunt) eſt humor, qui parum ante coagulatus fuerit, vt in locum reſoluti recipiatur.

Gluten, eſt humor, qui intus in membris ſimplicibus è natiuitatis principio exiſtit.

TABVLA

TABVLA NONA, DE Rebus Naturalibus.

Res Naturales ſeptem ſunt, ſcilicet

1 Elementa 2 Complexiones
3 Humores 4 Membra
5 Virtutes 6 Spiritus
7 Operatio.

1 ELEMENTA

Naturalia ſunt, Ignis, Aer, Aqua, Terra. Medicinalia, Sperma viri, Sperma mulieris, & ſanguis menſtruus. Quæ ex morbis hæreditarijs conſyderantur, videlicet Calculo, Lepra, Podagra, Epilepſia. Nam alia curandi ratio illorum eſt, quando vel à partu, vel à principijs generationis originem traxerunt: alia item, cum ex cauſis alijs.

2 COMPLEXIONES

Simplices.

1 Calidum 2 Humidum
3 Frigidum 4 Siccum.

Compoſitæ.

Calidum & humidum,
Calidum & ſiccum,
Frigidum & humidum,
Frigidum & ſiccum.

Et æquales vna in

Qualitate,
Quantitate
Sua ſpecie

Quæ

Quæ cognoſcuntur per

Aetatem, Sexum,
Formam, Habitudinem,
Mores, Conſuetudinem,
Artificium.

Conſiderantur vero

An ſint temperatæ, vel diſtemperatæ.
An ſint vniformiter in toto corpore, vel in parte à temperamento lapſæ.
An ſint ſimplices, vel compoſitæ.
An ſint ſanguineæ, cholericæ, plegmaticæ, vel melancholicæ.
An multum, vel parum à temperamento lapſæ.

§ HVMORES,

In quibus primo conſyderatur ſubſtantia eorũ.

Quæ dependet ex

Materia, & diſpoſitione eorum.
Agente. i. ipſius humoris virtute in membro.
Cœleſti aſpectu.
Iudicio ſumpti nutrimenti.

Et quo Artificio, Loco Tempore. geniti.

Secundo conſyderatur humoris

Viſcoſitas Groſſicies
Subtilitas Fluxibilitas.
Conſtantia, maxime in fluxu ventris.
Tempus in quo generantur.
Locus item.
Motus, & quies humorum, ſi in fluxu, aut paratus fluere, vt paralyſi, & catarro.

Et Mobilitas

Mobilitas in humoribus acutis, quorum timemus furiam.

Ne variet Medicus in illis
Diuertendis,
Digerendis,
Maturandis,
Euacuandis.

4 MEMBRA
Simplicia.
An ſint dura, vel mollia:
Denſa, vel rara:
Simplicitatis intenſæ, vel raræ.

Compoſita
Digna, & principalia
Caput,
Cor,
Hepar,
Pulmo,
Cerebrum,
Teſticuli,
Stomachus;

Ignobilia, vt extrema
Manuum.
Pedum.

Ex quatuor humoribus generata,
Oſſa
Ligamenta
Lacerti
Venæ ſanguinis.
Caro.
Pinguedo
Manus,
Cartilago
Nerui
Venæ pulſatiles
Chordæ.
Pedes.

Harum quædam eſt

ANIMALIS,

ANIMALIS, cuius origo à cerebro,
diuiditur in
Gubernatiuam, quæ ſcinditur in
Imaginatiuam,
Rationalem,
Memoratiuam.
Motiuam voluntatis, quæ mouet
membra per
Neruum procedentem ad medullam ſpinæ dorſi.
Et ab eiſdem neruis ad lacertos, quæ mouent
membra
Senſitiuam, cuius organum

Viſus		Lux, vel ignis
Auditus,	Quorum	Aer
Tactus	obiecta.	Terra
Guſtus		Aqua
Odoratus		Fumus.

NATVRALIS, cuius partes

Generatiua		Similitudo
Alteratiua		Situs
Retentiua,	Cuius ſpecies	Foramina
Expulſiua		Groſſicies
Vitalis		Plenitudo.

Animalis
Vitalis
Naturalis.
Quia aut eſt
Clarus, vel obſcurus.
Simplex, vel vaporibus commiſtus.
Multus, vel paruus.

7. OPERATIO

Quædam pendet ex virtutibus, in quantum vitalis.

Quædam ex vna virtute, vt digeſto cibi à naturali virtute.

Quædam à duabus, ſicut appetitus cibi, qui pendet à virtute ſenſitiua.

ANNEXA Rebus Naturalibus ſunt,

Ars	Mos
Aetas	Symptoma
Virtus	Repletio
Regio	Tempus
Complexo	Vſus
Forma	Sexus.

TAB. IX. finis.

TABVLA X. DE REBVS non Naturalibus.

Res non Naturales.

Aer
- Craſſus — Subtilis
- Clarus — Nubilus
- Apricus — Tenebroſus
- Meridionalis, — Septentrionalis,
- Paludanus
- Circa plantas nocentes.

Cibi, & Potus.

Quantitas; Qualitas. Ordo, &

Ordo, & hora ſumptionis.
Tempus collectionis. Locus originis.
Artificium, & præparatio.
De quibus vide Auicen̄ 3 primi, de his, quæ comeduntur, & bibuntur.

Somni, & Vigiliæ.

Quantitas. Hora inceptionis.
Situs idoneus corporis.
Tempus nō ctis, vel diei.
Continuatio, & interpolatio.

Motus, & quietis.

Ambulatio Geſtatio
Vectatio Equitatio
Frictio Tonſura barbæ.
In quibus requiritur, vt debita tempora ſint: videlicet opportuno tempore, poſt ventris euacuationem, & non ſtatim ventre repleto.

Inanitio, & repletio.

Vomitio Sudor.
Fluxus ventris, & menſtruorum.
Fluxus hemorrhoidarum.
Sanguis narium Vrinæ emiſsio.
Coitus Phlebotomia
Ventoſæ Veſicationes
Frictiones Inciſiones.
Medicinæ ſolutiuæ, & diureticæ.

TAB. X. FINIS.

TABVLA XI. DE TRIBVS Rebus Contra Naturam.

RES contra Naturam ſunt tres: videlicet, Morbus, Cauſſa morbi: & Accidentia morbi.

I. MORBVS.

Aut eſt à genere generaliſsimo, aut a ſubalterno,

Aut a mala complexione

	Calida	Materiali
Simplici	Frigida	Compoſita
	Humida	Immateriali
Salubris	Sicca.	
		Peſtis,
Mortalis: vt		
		Apoplexia
Medius, vt Variolæ.		
Acutus		Peracutus
Chronicus		Typicus. i. reuerſiuus.
Intenſus		Remiſſus
Creticus, vel non creticus.		
Principio		Augmento
Statu		Declinatione
Simplex		Compoſitus
Materialis		Sine materia
A ventoſitate		Tractabilis
Intractabilis		Per eſſentiam.
		Abſolute, vel
¶ A colligantia		
		Nonabſolute.

A materia, Multa, parua, craſſa, ſubtili. Benigna, maligna. Digeſta, indigeſta. Sola, vel commiſta alteri.

Atque

Atque ſic diſcurritur in cauſis vſque dum deueniat ad indiuiduum cauſæ facientis morbum, ſiue ſit humor, ſiue aliud vt ſunt vermes. An ſit per ſe, an per accidens. Conſyderet etiam intenſionem cauſæ in qualitatibus primis, ſecundis, manifeſtis, occultis.

II. CAVSSA MORBI,
Aut eſt

In venis
Extra venas.
In Stomacho
Cibus corruptus.
Vermes
In inteſtinis
Corrupti humores
Arena
In Renibus
Lapides
Materialis
Ex opilatione
Abſceſſu.
A via defluxus, vel creticæ expulſionis, vel aſceſionis, quemadmodum coleræ ad ſtomachum de ieiunio in teſtino.
Ex actione occulta, vt venarum.
Et proprietate occultarum materiarum, vt pueri incurrunt epilepſiam.
A putrefactione, vt in quibuſdam febribus.

III. Accidentia morbi,
Quorum

Quædam ſunt præuenientia, vt rigor in febri.

Quædam concomitantia, vt dolor capitis in febri.

Quædam ſubſequentia vt protractio appetitus.

Quædam vera, quæ dependent ab ægritudine eius, & remouentur ad remotionem illarum.

Quædam deſcendentia ab aliis, quam a morbo, & cauſſa eius, vt dolor colicus in febri.

Quædam fortia, vt trahentes a ſe totam curam.

Quædam non trahentia ad ſe curam, ſ item inſignem, vel diuerſam ab ea, quæ conuenit morbo.

Quædam apta ad ſe trahere alia accidentia, vel morbos inducere, vt ardor vrinæ, excoriationem veſicæ.

TABVLA XII. DE PRÆcognitione quatuor Humorum prædominantium Sanguinis indicia.

Pruritus loci eius, ex quo ſanguis ſolet elici.
Oris dulcedo immodica.
Exiles in ore vomicæ.
Multi in corpore carbunculi.
Vrina rubea, ſpiſſa.
Aetas iuuenilis, tempus vernum
Corpuſculum bonæ habitudinis, carnoſum.
Et ſi quis vtatur cibis multum ſanguinem gignentibus.

Choleræ inditia.

Color citrinus Amaritudo oris.

Siccitas

Siccitas linguæ　　Sitis multa.
Appetentia tenuis, & amara.
Nauſea　　Vomitio citrina, viridis.
Egeſtio mordicans.
Albor in oculis ad citrinitatem declinans.
Vrina tenuis, ignea, clara.
Tempus æſtiuum　　Aetas iuuenilis.
Cibi cholerici.
Labor multus.
Somnus paruus.
Complexio corporis calida.

Melancholiæ Indicia.

Ardor ſtomachi.　　Appetentia canina.
Color fuſcus, plumbeus. Sanguis niger, ſpiſſus.
¶ Corpus muſculoſum. Preſſura Splenis.
Scabies, & morphea nigra. Vrina nigra, vel ruf-
ſa, fuſco permixta.

Phlegmatis indicia.

Multitudo ſaliuæ　　Sitis modica.
Vrina alba.　　Pigricia, & hebetudo.
Somnus nimius.　　Cibus multus, & phleg-
maticus.
Corpus molliculum　　Tempus hyemale.
Corpus frigidum. Parua digeſtio. Otium, &
quies.

TABVLA VII De Temperamento corporum.

Signa corporis calidi,
Facile creſcit, & augmentatur.

Contactu calidum eſt.
Gracile, & macie confectum.
Venæ amplæ, inflatæ.
Motus pernix.
Ingenium contumax.
Somnus modicus, pulſus velox.
Capilli multi, criſpi, & nigri.
Color ruffus, & in rubeo obſcurus.

¶ Signa corporis frigidi.

Senſim adoleſcit.
Ingenium hebes.
Pulſus tardus, paruus.
Anhelitus occultus.
Tactus ſubrigidus.
In coitu impotentia.
Somnolentia.

¶ Signa corporis humidi.

Tactus lenis.
Caro mollicula.
Membra laxa.
Oſſa occultata.
Impatientia laboris.
Somnus immodicus.
Paucitas capillorum.

¶ Signa corporis ſicci.

Aſperitas Macies
Robur Rigor
Labor
Venæ, & chordæ prominentes,
Affluentia capillitij,

TABVLA

TABVLA VII. De differentiis Morborum.

Morborum alij ſunt

Patentibus late meatibus cum clauduntur.

Alij ſine omni prorſus ſunt tumore.

¶ Contagioſi

Sanguinis.

Synochus Phlegmon

Phlegmatis

Epilepſia Febris quotidiana.

Cholerici

Febris tertia Heryſipelas.

Formica Suffocationes Matricis.

Schiatica.

Fluxus ſanguinis per ſeceſſum.

Dyſenteria Inteſtinorum vlcera

Vigilia Delyrium

Phreniſis Variolæ Morbilli

Melancholici

Lepra Scabies

Melancholia Hæmorrhoidus

Affectiones Splenis Ignis Perſicus

Cancer Herpes æſtiomeus

Elephantia Excori tio auriculæ

Lentigines Deformitas faciei.

Tumores excitant in corpore.

Heryſipelas Phlegmon

Oedemata Phygethla

Strumæ Elephantiaſis

Pſora Lepra

Vitiligines Tumores duri.

Lupus	Lippitudo
Lepra	Scabies
Morbus caducus	Febris acuta
Pthiſis	Lues.

Nonnulli ſine omni contagio ſunt

Morbi, qui

Frequenter perimunt prægnantes.

Tabes	Pthiſis.
Intercus	Hydrops.
Peripneumonia	Febris ardens.
Pleuritis	Phrenitis.
Rubrum vicus in locellis.	Heryſipelas.

Non perimunt præſertim non prægnantes.

Pulmonis vitium	Febris ardens.	
Mentis agitatio	Morbus laterum.	
Synanche	Morbus iecoris.	
Nephritis	Dyſenteria.	Hæmorrhoides.

Prorſus non perimunt, niſi mala quædam acciderit diſpoſitio.

Dolor pedum.	Melancholica paſsio.	
Cancer	Lychen.	
Podagra	Orchitis.	
Coxendix, vel Iſchias.		
Teneſmos	Tertiana.	
Quartana	Stranguria.	
Ophtalmia	Exaſperatio cutis	Lepra.

¶ Chronici.

Tabes	Difficultas inteſtinorum.
Pedum dolores.	Mortoſæ diſpoſitiones.
Pituita alba.	Iſchias.
Morbus comicialis.	Stranguria.

Dolores

Dolores renum in ſenibus.
Cruentum profluuium mulierum.
Mariſcæ Fiſtulæ.
Macies Cachexia.

Sunt & morbi deficientes.

Febris quotidiana, Febris tertiana,
Quartana, Quintana.
Continui
Semitertiana, Ardens.
Acuti
Phrenitis Lethargus
Pleuritis Peripneumonia
Peracuti
Synanche Cynanche Apoplexia
Acuti, & continui
Febres ardentes Phrenitides Pleuritides.
Quidam acuti, & non continui.
Quidam neque acuti, neque continui, vt morbi longi.
Quidam vulgares, qui ſecundum quædam tempora eodem in loco plurimos mortalium inuadunt Hipocrates. 9. differentias facit. ſ. acutũ, peracutum, malignum, longum, medium, pernitioſum, mire periculoſum, & minime periculoſum.
Peracutus morbus eſt, vi & phantaſia maior, ac difficilior acuto, qui ſeptimo die vt plurimum ad indicationem peruenit.
Malignus eſt, qui vi quidem maximus exiſtit, difficilis, cæterum imaginatione imbecillis, certum indicationis tempus non habens.

Longus, qui in deterius, atque melius indicat, menſibus annis, vel etiam cum hominis morte finitur.

Medius, qui inter longum, & acutum eſt vtriuſque particeps, iudicatur die 60. aut 80.

Perniciosus, ſiue lethalis, qui ſemper in deterius vergit.

Mitis, qui nequaquam hominem tollit.

Periculoſus, qui ad ſalutem, & perniciẽ ex æquo tendit. Dicitur & anceps morbus.

Minime periculoſus, qui ſemper ſalutem futuram prænuntiat, quantum in eo eſt: atque id habet cum miti commune.

Cognoſcitur autem omnis morbus, Aut ab Subſtantialiter inhærentibus: vt ſi quid in compoſitione membrorum abundet, aut deſit, aut è loco ſit exarticulatum. Aut ab

Operatione membri læſa. Aut ab

Qualitate permutata ab exeuntibus à corpore tẽporibus anni.

Tranſmutantur in alios morbos.

Morbos laterum		Febrem ardentem
Mentis agitatio		Vitium pulmonis
Pulmonis vitium		Febrem ardentem
Teneſmos		Difficultatem inteſtinorũ
	In	Aliquando in Dyſenteriã
Difficultas inteſtinorum.		Liuitatem inteſtinorum, vel Lienteriam.
Lienteria		Hydropem
Pituita alba		Hydropem
Peripneumonia		Pleuritim.

Pleuritis.

Pleuritis: Empyon, vel hæmopthoim.

De hijs, quæ morbos aliquot concomitantur.

Comitantur ſere,
Neruos preciſos
Vehemens inflammatio Conuulſiones
Mala coherentia, vel cohalitio
Cerebrum vulneratum, ac læſum.
Amiſsio
Vocis Viſus Auditus.
Bilis Vomitus Febris.

Sauciata mortem inferunt.

Cerebrum læſum Spinæ medulla læſa
Præcordia vulnerata Magna vena.
Cor Veſsica.

Læſa nunquam coeunt.

Neruus præciſus Veſsica
Labra, vel buccæ Inteſtina maiora
Magna vena Præputium
Palpebræ Carthilagines omnes. Genæ.

De morborum cauſis.

TABVLA VIII.

Cauſarum quædam vocantur
Protarcticæ, quæ dum aduerſam valitudinē creauerunt, ſeparantur; vt canis mordens, Scorpius pungens.

Conian-

Coniunctæ, quæ cum præſentes ſunt, eorum quoque affectus adſunt: cum vero deſinunt, eorum etiam affectus deſinunt, vt lapis in veſica & vnguis in oculo.

Præcedentes, quæ ſcilicet a procatarctica præparantur, & adiuuantur.

Perfectæ, quæ eundem in ſeipſis finem faciunt.

Concauſæ, quæ cum aliis æqualem effectum faciunt.

Coadiutrices cauſæ, quæ ſua virtute morbum efficere non poſſunt, alterius auxilio poſſunt.

Manifeſtæ, quæcunque ex ſeipſis deprehenduntur, & aliquem effectum operantur.

Non manifeſtæ quæcunque minime ex ſeipſis deprehenduntur.

Obſcuræ, quæ neque ex ſe, neque ex aliis deprehenduntur.

Obſcuræ ad tempus, quæ aliquamdiu incognitæ ſunt, ſed rurſus ſub ſenſum cadere poſſunt.

Cæterum morbi omnes fiunt, aut
Ex hiis, quæ in corpore ſunt, vt

Bilis Pituita Melancholia.
Abundantia, & vitio ſanguinis.

Aut ab hiis, quæ extra corpus ſunt, vt

Laboribus	Vulneribus
Calore externo	Frigore
Siccitate	Humiditate.

Canones.

Cognita cauſſa, ea primum remouetur.
Inde vniuerſalia remedia adhibentur.

Poſtremo

Poſtremo particularia, ſecundum exigentiam morbi

Contraria fere contrariis curantur.

Et ſimilia ſimilibus adiamentum præbent.

Cauenda tamen in omnibus nimietas, maxime vero in repercuſsiuis.

Omnes item morbi calidi, eueniunt, aut

A cibo alioqui prono ad calorem excitandum,

A calore aucto Ob putrediuem.

Ob vicinitatem corporis calidioris.

Ab obſtipatione.

¶ Frigidi.

Ab rerum frigidarum vicinitate.

A cibo, potuſque qualitate, & quantitate.

A conſtipatione A raritate

Ab ocio A motu immodico

Sicci

A multa tranſpiratione. & pauca nutritione.

A ſiccis alimentis A ſollicitudine

A vigiliis Ab ſtudiis immodicis.

Ab aere ſicco ambiente.

A balneis & aquis Nitri, Sulphuris, Aluminis, & Bituminis.

A medicamentis exſiccantibus.

Humidi.

Ab humidis cibis A potu plurimo.

A molli educatione Ab ocio, & tranquilitate.

A crebra in balneis dulcibus conuerſatione.

Ab ignauia A temporum conſtitutione humida. A medi-

A medicamentis, quæ humectare faciunt.

TABVLA IX.

De differentijs Pulſuum.

PVLSVS profunditate, longitudine, & latitudine arteriæ multum extenſæ.

Paruus pulſus, qui magno contrarius eſt.

Medius, amborum particeps.

Plenus, qui intermedius eſt, ſub tactum cadens quaſi eſſe videatur arteriæ tunica corpulētior: præſertim tamen cum pars eius interior tota humidior eſt, corpulentiorque apprehenſu.

Durus, cum neruoſa, & dura videtur eſſe, & ſentitur arteria, & tunc potens ſubeſt ſpiritus, tanquam percuſſa pars ictum retineat.

Mollis, qui duro contrarius eſt, debiliter feriens arteriam non reſiſtentem: cuius ſpiritus diſſolutus eſt, & mitis.

Humidus, eſt mollis quidem, quippe cum in eo ſubſtantia manſuetior, placidiorque humorem quendam ſubtiliorem reddit.

Siccus, in quo humor abſumptus eſſe videtur.

Vehemens, qui violentam facit percuſsionem.

Debilis, qui imbecillem facit percuſsionem.

Medius, qui proportionem ſeruat ad vtrumque.

Denſus, ſiue creber, qui longam non habet, aut eleuationem, aut compreſsionem.

Tremulus, qui non æqualem habet percuſsionem.

Obliquus,

Obliquus, qui non à recto ſitu arteriæ abſolvitur.
Inæqualis, qui ſecundum aliquam partem altior erigitur, & concidit frequenter, vena inflata, & eneruata.
Intermittens, qui non ad duas ſolum, ſed ad tres pluresve percuſsiones deficit, diſtractionẽ vel vnam, vel duas, vel plures etiam faciens.
Deficiens, in quo non ad duas ſolum, ſed ad tres, vel plures percuſsiones immobilis arteria permanet.
Intercidens, cum poſt duas percuſsiones ſecundũ proprium ordinem fit motus, ex quo quidem media intercidit percuſsio.
Dorcadiſans, i. caprilans, quando arteria putatur ſalire, & ad aliam motum ſtatim fertur prius quàm apparentiam compreſsionis habeat.
Recurrens, qui quantum egreditur magnitudine, aut vehementia, tamen rurſus egreditur in alijs.
Formicans, qui paruus eſt, vacuus, & frequens, debilis: ille extremum periculum, atque interitum demonſtrare ſolet.
Præpinguis, tenet venam fortiter.
Macri ſubtiliter.
Mediocris modice, neque ante digitos dempſeris quam tibi ferierit centies.

Significationes.

Pulſus.

In principio debilis idem intenſior, bonum.
A primo fortis, inde remiſsior, malum,

Fortis,

Fortis, Cor forte.
Debilis. Cor debile.
Velox in ſano, ſanitatem.
Paruus in ſano, debilitatem pectoris, & præcordiorum: in infirmo vitæ extremum.
Paruus, & velox in ſano, iracundiam, bilem.
In ægroto, calorem exundantem.
Tardus in ſano, frigiditatem.
In infirmo, ſiccitatem.
Rarus, virtutis defectionem.
Tardus quoque, calores defectionem.
Cætera ex Galeno pete, libro de pulſibus.

TABVLA DE IVDICIIS Vrinarum.

Quomodo colligenda, & quæ obſeruanda ante iudicium.

Colligatur completa concoctione.
Non ſubſiſtat vltra ſex horas.
Recipiatur tota, & non pars.
Non pronuncietur de ea, niſi tranquilior reddita.

Præpediunt iudicium.

Motatio crebra. Locus obſcurus.
Locus nimium diaphanus.
Matula viridis, inferne lata, vel arcta nimis, radii ſolares.

Liquores ſimiles vrinæ.

Hydromel.

Hydromel.
Syropus acetoſus.

Aqua mellis. | Aqua croco tincta.
Ius cicerum | Aſini
Bouis | Ouis
Capræ, & capreoli.

Vrina diiudicatur exacte.

Subſtantia | Colore
Quantitate | Perſpicuitate
Odore | Sapore
Modo mingendi | Calore | Contentis.

Subſtantia eſt Triplex.

Tenuis | Pinguis | Mediocris.

Quantitas Triplex.

Multa, | Pauca, | Mediocris.

Diaphanæ.

Tranſparens | Clara
Turbulenta | Obſcura
Mediocris.

ODOR.

Acris | Dulcis | Mediocris.

SAPOR.

Inſipidus | Salſus
Acutus | Amarus
Acidus | Ponticus.

Modus emittendi.

Faciliter
Mediocriter
Inuoluntarie
Sine dolore.
Difficulter
Voluntarie
Cum dolore

COLOR.

Albus
Glaucus
Spiceus
Croceus
Vineus
Nig r
Lacteus
Suſpiceus
Aureus
Rubeus
Venetus
Viridis.

His ſunguntur differentiæ eorundem.

Contenta.

Circulus
Grana
Spuma
Pinguedo
Harena
Phlegmata
Calculi
Crynoides
Sperma.
Ampulla
Nubeculæ
Pus
Trombi ſanguinis
Pili
Furfures
Atomi
Squamæ

Nominum Explicatio.

Crocea nihil admodum differt a croco.
Subcrocea, quæ colore ſimilis cum carthamo.
Cæterum aduerte, vbi de colore croci agimus, ne decolore accipias, qui eſt in croco, ſed de eo, qui

eo, qui eſſet in aqua, ſi illo tingeretur.

Subrubea eſt, quæ aſſimilatur Bolo Armeno.

Rubea Punicea, ſimilis Pomis, quæ rubrum colorem præ ſe ferunt, vt Ceraſa.

Vinea, quæ vino nigro ſimilis eſt.

Paſſea, paſſo ſimilis.

Veneta, vel Cerulea, reſilitis color ex pari albo, & nigro ſimul mixtis, æquiſq. ponderibus.

Liuida, plumbea, plumbo ſimilis.

Charopa, ſimilis pilis ſibillidis, vel vngu jlapillo.

Glauca, veluti cornu pellucida.

Iudicium Vrinarum ſecundum Ætatem.

Iuuenum

Subaurea

Subcrocea.

Senum

Alba Subtilis,

Cum pauca hypoſtaſi.

Mulierum

Fere ſubcrocea Subaurea.

Similiter ſubtilis.

Puerorum

Recedens ab alijs Subſtantia excellens.

Hypoſtaſi cumulata.

Omnium optima, & laudata.

Colore ſubaurea Subcrocea,

Subſtantia mediocris.

Proportione potioni reſpondens.
Sine bulbis Matulæ non adhærens.
Hypoſtaſi
Alba Leni
AEquabili.
Pilis
Sine Squamis.
Arenis,
Et alijs malignis contentis.

Laborantium.

Subcrocea Accedens ad croceum.
Tenui.
Pypoſtaſi.
Parua
Cum liquamine interdum ſupernatante.

Ocioſorum.

Alba fere.
Maiore.
Hypoſtaſi
Craſsiore.

Iudicium Vrinarum ſecundum temperamenta, & qualitates Anni.

Omnis VRINA Vere

Subſpicea,
Spicea,
Vergens in ſubaureum
Subcrocea

Hypoſtaſi

Hypoſtaſi craſsiore, incipiente mutari in tenuem.

Aeſtate

Subaurea Subcrocea Subſtantia mediocri.

Hypoſtaſi

Leui Alba Aequabili.

Autumno

Colore mediocris Fulgens Tenuis.

Hypoſtaſi

Obſcura Modica Alba

Tenui Aequabili.

Hyeme

Reſpondens proportioni Vergens in alborē.

Hypoſtaſi maiore Procedente hyeme.

Quantitate maiore;

Contentis maioribus inconcoctis.

Iudicium ex diſpoſitione rerum non naturalium.

VRINA.

Somnolentorum

Alba Craſſa

Contentis multis in concoctis.

Vigilantium immodice

Tenuis

Vergens ab albo in aqueum:inde ad auream, oleaceam, nigram, aduſtam.

Ieiunantium

Flammea Crocea Tenuis.

Fame oppreſſorum.

Tenuis Alba Sine hypoſtaſi.

De IVDICIO à multitudine, & Copia.

Vrina multa in Sanis.

Nimiam potionem vini, exilis.
Raram, vel modicam, ventris excretionem.
Vſum nimium diureticorum.

Vrina multa in ægrotis.

Paſsionem diabetis Corporis liquefactionẽ.
Euacuationem ſuperfluitatum.
Determinationem ægritudinis, vel criſim ab hydrope.

Multa in febribus acutis,

Aut febris ſolutionem,
Aut conuerſionem in Ethicam,
Aut Spaſmum.

Quod ſi fuerit

Flammea,
Subcrocea, tincta, & cum malis contentis, illaudata eſt.

VRINA pauca.

Dietam ſicciorem.
Vſum cibariorum glutinoſorum,
Opilationes Multam ventris excretionem,
Interdum febrim intenſam,
Læſionem membrorum vrinæ.

DE SIGNIFICATIONIBVS Subſtantiæ Vrinarum.

VRINA

Subtilis,

Subtilis, Tenuis,
Frigiditatem, ſiccitatem,
Humorem ſiccum
Concoctionis priuationem,
Opilationem hepatis,
Deiectionem attractiuæ, & expulſiuæ.

Groſſa
Complexionem calidam, & humidam,
Concoctionem fortem, humidam,
Humores commixtos phlegmate, & ſanguine.

Mediocris
Temperatam complexionem,
Abſolutam coctionem,
Humorum omnium temperamentum.

DE SIGNIFICATIONIBVS Vrinæ Diaphanæ.

VRINA.

Tranſparens
Alba Craſſa.
Phlegma crudum, craſſum, & ægritudines ab eo prouenientes, Epilepſiam, &c.
Cum tinctura, Choleram vitellinam.
Semper autem ſignificat inconcoctionem, ſiue tenuis ſiue Craſſa.
Cum diuerſitate coloris, aduſtionem, & incendium.
Cum furfuribus, ſi ægritudo non fuerit in vijs vrinæ, liquefactionem phlegmatis.
¶ Turbulenta, multitudinem humorum, quià

natura expelluntur: item naturæ laborem in ſegregando, & expellendo.

¶ Turbida in febribus acutis.

Humorum ebullitionem
Liquefactionem.
Turbulenta ita perſeuerans, longam ægritudinem, & imperfectam coctionem.
Permanens in tranſparentia, & aquoſitate, digeſtionis priuationem.
Quæ mingitur clara, & fit turbida, vel quæ turbida & fit clara, ſignificat materiam incipere, vt ſuperet morbum, tametſi non perfecte.
Quæ vero minime eſt tranſparens, vt aqua limpida, neque turbida, vt ſubiugalium, ſed in medio conſiſtens, ſanitatem portendit.

DE SIGNIFICATIONIBVS Odoris Vrinæ.

VRINA CARENS Odore.

Cruditatem humorum.
Complexionem frigidam
In acutis mortem.

FOETIDA

Cum ſignis bonæ digeſtionis, & ſquammis, ſcabiem
Cum ſanie, hulcus.
Sine digeſtionis, apoſtemata in vijs vrinæ.
In acutis periculum.
Dulcis, dominium ſanguinis non putrefacti.

Amara,

Amara, dominium choleræ.
Acris, in ſanis melancholiam.
In ſanis, futuram febrim, aut naturæ expulſionem.
Et ſi cito abſcedit fœtor in acutis ab vrina, mortem.

Acris.

Humorum putrefactionem.
In acutis, mortem.

PROGNOSTICA EX colore Albo.

¶ Vrina alba

Dominium frigoris.

Cryſtallina

Debilitatem digeſtionis.

Mucilaginoſa, dominium phlegmatis, & eius craſſam abundantiam.
Vnctuoſa, ſeu margaritalis, liquefactionem.

Fungalis

Saniem Phlegma Lapides.

In acutis febribus, aut lactea poſt tincturam, ſignificat partem cholericam ad alia loca diuertiſſe, quam per meatus vrinæ, ſignificat ergo futuram phrenetim, vel capitis rheuma.

In febri continua abſque fluxu, phrenitide, vel alio quouis abſceſſu; mutationem in quartanam ſignificat.

Icterícia.

Coloris hepatis debilitatem.
Laborem virtutis expulſiuæ.
Futuram hydropem.
In ſatis, & perſeuerans, inconcoctionem.
Luminoſa, multa, in ſatis, humo es craſſos, viſcoſos.
Subtilis clara, humores melancholicos.
In principio febris, inde nigra, humorum expulſionem per vias vrinæ.
Lactea, ſero ſimilis, mortem, vel pthiſim.

Significationes Citrinæ.

Vrina Citrina,

Palearis, imperfectam digeſtionem.
Flaua. principium digeſtionis.
Intenſæ citrina, perfectam digeſtionem.
Aurea, temperamentum digeſtionis.
Ignea ſubtilis, acutam febrim.

Iudicia Rubeæ.

¶ Vrina Rubea,

¶ Sanguinea in acutis, repletionem, & maxime ſanguinis.
Si tamen non ſit ruptura Venæ.
Eadem tenuis, decurſum humorum ad loca ſuffocantia, ſi paulatim mingatur.
Eadem groſſa, inde tenuis, recidiuationem.

In Ictericia

In Ictericia modice rubedinis, calorem hepatis, & eius ſuffocationem, futuramque hydropem
Intenſa in ſanis, famem, incendium ſtomachi.
In dolore renum, eorundem apoſtema.
In dolore capitis frequenti, futuram maniam.
Turbida, hepatis debilitatem.

De Significationibus Viridis.

¶ Vrina Viridis,

Supremam frigiditatem, maxime vero ſi tenuior ſit.
Craſſa, frigus quoque.
Porrina, vel porracea, aduſtionem,
Craſſa, veneni potionem.
Idem notat eruginea.

De Significationibus Nigræ.

Vrina nigra,

Procedens ex croceo, craſsitudinem choleræ.
Ex fuſco præcedens, dominium choleræ nigræ.
Ex viridi, choleram aduſtam.
Quam præceſsit viridis, vel liuida, dominium frigoris.
Quam præceſsit rubea, aut citrina, cum virtutis diſſolutione, mortificationem caloris naturalis.
In principio febris, inualeſcentiam morbi, caloris naturalis defectionem.
In fine ægritudinis melancholicæ, terminationem ægritudinis, ſi ante fuerat craſſa, & aquoſa.

In acu-

In acutis ſi non præceſſerunt ſignabona, aduſtionem, & mortem.

Vel rubea obſcura, ante vini rubei potionem; aliquando.
Calorem, & intenſionem renum.
In ſenibus,& mulieribus, defectionem caloris naturalis.

SIGNIFICATIONES Oleagineæ.

Vrina oleaginea
Sicut oleum tranſparens
Conſumptionem
Liquefactionem
Creticam expulſionem.

Pauca, & fœtens, ſupremam conſumptionem.
Sicut lotura carnis
conſumptionem.
Hepatis perditionem
Hydropiſim.
Quam præceſsit nigra, ſi ſit
Alleuiatio
Mundificationem aduſtorum humorum.
Si in quarta appareat in peracutis, mortem in ſeptimo die.
Simplex
Præparationem ad phtiſim.
Conſumptionem.

In colore, & ſubſtantia, renum liquefactionem, aut phtiſim.

Coloribus caninis, vtriuſque choleræ aduſtionem.

IVDICIVM DE HYpoſtaſi.

Hypoſtaſis naturalis debet eſſe.

Alba In ſubſtantia mediocris.

In mixtura partium æquali.

Continua Cito apparens

Diu perdurans In fundo reſidens.

Rotunda Pinealis.

Hypoſtaſis

Alba mucilaginoſa, ſignificat cruditatem, mixtionem vnctuoſitatis.

Nigra, idem id quod vrina nigra.

Viridis, illud quod viridis vrina.

Citrina, ardentiſsimum calorem.

Rubea, abundantiam ſanguinis.

De Circulis.

Circulus

Spumoſus

Turbationem ſenſuum interiorum.

Viſcoſos humores.

Ventoſitatem in ventriculis cerebri

Plumbeus, epilehſiam.

Viridis, melancholiam.

Rubeus, ſanguinis fluxum.

Tremulus, paralyſim, & ſpaſmum ex repletione.

DE

DE Spumæ Significatis.

Vrinaſpumea

Nigra, citrina, vel ruffa.

Ictericiam Paſsionem ſplenis.

Ventoſitatem cum viſcoſitate,

Si permanet, opilationem, maxime ſi magnæ ſunt, ventos in vijs vrinæ, cruda phlegmatas abundare Nephritim.

Granuloſa, catharrum, atque ſi in ſuperficie natant, ſignificant materiam non deſcendere ad inferiora.

Dum ſecunda regione, materiam diſtillare ad pectus: in fundo vero, prolabi ad iuncturas.

Media inter ampullas & grana, caliditatem, vel caloris debilitatem.

De Squamis.

Vrinarum Squamæ.

Rubeæ, ægritudinem renum.

Albæ, paſsionem veſicæ.

Fuſcæ obſcuræ, ſicut ſquamæ piſcium, vltimam diſſolutionem.

De furfuribus.

Vrinæ furfures.

Cum prurito glandis in cole, & cum putre, ſcabiem in veſica.

Sine fœtore & putre, cum difficultate mingendi & debilitate, diſſolutionem corporis, maxime vero fuſci.

Magnæ,

Magnæ, vt trita frumenta.
Albæ, aduſtionem in veſica.
Nigræ, aduſtionem in ſplene.
Rubeæ, aduſtionem ſanguinis.

Vrina carnoſa

Hepatis diſſolutionem

Vnctuoſa, in qua ſupernatat ſedimen:

Si multa fuerit, diſſolutionem adipis.
Citrina, diſſolutionem pinguedinis antiquæ.
Modica, renum diſſolutionem.

Sanioſa

Eruptionem hulceris, ſi præceſſerit dolor.

Plena fruſtulis

Debilitatem digeſtiuæ.
Meſaraycarum ruptionem, vel ex comeſtione lactis, vel caſei.

Arenoſa

Lapidem in renibus, vel veſica, vel diſſolutionem.
Non reſidentes arenæ, & ad rubedinem declines, hæpatis aduſtionem: citrinæ, ſplenis.

Mucilaginoſa

Exuberantiam groſſorum humorum.
Complexionem frigidam.
Criſim iſchiadios, & iuncturarum.

Si pili innatent

Caloris occulti conſolidationem, a calore agente in ipſum, in renibus.

Fermentata

Debilitatem ſtomachi.
Malam digeſtionem.

Aſſiduum

Aſsiduum vſum lacticiniorum.

Cinericea

Phlegma aduſtum præſtat, diuturnitatem caloris extranei.

Sanguinea

Debilitatem hepatis.

Vulnus in meatibus vrinæ.

Solutionem continui in veſica, ſi pauca ſit.

Si multa, ſolutionem in ſplene.

Oualis, id eſt, in aqua ad ſimilitudinem pelliculæ, vel veſicæ plenæ, & ſimilis ouo innatat quippiam.

Phlegma crudum, viſcoſum.

Phlegma vitreum, mucilaginoſum, ventos.

Reſerationem meatuum vrinæ.

Calculoſa

Lapidem præſentem, vel phlegma viſcoſum in vijs vrinæ.

Fortem calorem in ijſdem locis.

Spermatica

Si diuiſum ſit ſperma, & interpolatum; ſignificat coitum, vel præceſsiſſe, vel nocturnã ſeminis emiſsionem.

Globoſum truncatum, abſtinentiam coitus, vel nocturnã pollutionem.

Et ſi id fiat multis vicibus, ſeminis incontinentiam, vel paralyſim membrorum genitalium.

FINIS TAB. VRINARVM.

SEQVITVR

SEQVITVR TABVLA Vltima Febrium.

TABVLA Vltima Febrium.

FEBRIVM alia.

1 Ephemeris. 2 Putrida.
3 Hectica.

1 EPHEMERIS.

Diſtemperantia ſpiritus. 24. horas, id eſt, diem non excedit. Nec habet niſi ex opilatione paroxiſmum. Nam vel ſpiritus
Vitalis in corde accenditur ex ira, & furore: Vel
Animalis in cerebro ex feruore ſolis: Vel
Naturalis in hepate ex cibo, & potu.

2 PVTRIDA.

Quæ fit ex putrefactione humorum. Et hoc aut

Intra vaſa. Sic fiunt continuæ, quæ acutæ dicuntur.
Terminatur 14. nonnunquam 17. ſœpe primo die.
Aut igitur putreſcit
Sanguis, ſic fit Synochus putrida: hæc nunquam fit in corpore raro, aut gracili, ſed plurimum in iuuenibus; & ad mortem vſq. affligit.

Et eſt TRIPLEX:
Videlicet

Acmaſtica: quæ Latinè poteſt dici Auctio: ſemper enim eſt in augmento.
Epacmaſtica dici poteſt demptio: ſemper enim eſt in declinatione.
Homotenos, æqualiter affligens: quæ ſemper eſt in ſtatu eodem.

Aut putreſcit

Phlegma. Sic fit Quotidiana, vel continens: habet circuitum diei, & noctis. Parox. 18. horas, repeſcit. 6.

Aut putreſcit

Cholera, id eſt, flaua bilis.
Sic fit Tertiana continua: habet circuitum duos dies, & noctes totidem. Accidit ætate vigentibus, tempore æſtiuo, regione calida, & ſicca.
Parox. durat 10. horis. Quieſcit 14. & in falſa quiete 24.

Aut putreſcit

Atra bilis.
Sic fit Quartana continua: habet circuitum trium dierum, & trium noctium.
Paroxiſ, 24. horas. 18. in vera requie. 34. in falſa: durat ad 40.diem.

Aut putreſcit

Cholera

Cholera circa cor.

Sic fit Cauſon ardor, quem pauci euadunt, vno die fortis, altero remiſsior : nec tamen augmẽtum recipit, nec diminutionem.

Et hæc ſeptem ſpecies ſunt Febres ſimplices.

Aut intra, & extra vaſa.

Sanguis principaliter, ſecundario Cholera.

Sic fit Synochus, vel concluſa continua, quia omne tempus vna eſt acceſsio ab initio vſque in finem : accedit calida ſine tremore, & rigore.

Cholera principaliter, ſanguis ſecundario.

Sic fit cauſonides, vel Tertiana continua.

Hæ duæ non dicuntur compoſitæ ſecundum compoſitionem duarum febrium diuerſarum denominationum, ſed propter compoſitionem humorum putridorum : vnde tamen proprie FEBRIS compoſita non dicitur.

Phlegma intra. Cholera extra.

Sic fit Hemitritæos minor : in qua incipiente vno parox. ſimul alter incipit horis 18. falſa quies 6.

Cholera intus, Phlegma extra.

Sit fit Hemitritæos medius : in hac inter parox. eſt quies, manifeſta : parox. 38. horis, quies 12.

Atra bilis intra, Cholera extra.

Sic fit Hemitritæos maior : non curatur,

 durat

Secunda, ex conſumptione
Secundæ humiditatis pro maiori parte, & primæ.
Medium retinet vtriuſque, vt Cambium.

Tertia, ex conſumptione
AEquali primæ, ſecundæ, & tertiæ humiditatis.
Eſt dominium ſiccitatis totius corporis ſine febre, cuiuſmodi eſt Gluten.

Signa Hecticæ
Primæ ſpeciei: Calor continuus, maior ante prandium, quam poſt: propter continuam membrorum diſtemperantiam: ſed tamen lentus, quia non fit ex humore, ſed ex membris: ideo caret paroxiſmo.

Signa Hecticæ
Secundæ ſpeciei: calor continuus manuum, & pedum, & acutior priori.
Maior poſt prandium, quam ante.
Prouenit ex cholerica fumoſitate: ex ſpiritualibus, rubor genarum; ex calida fumoſitate eas inflammante.
Dolor ſiniſtræ ſpatulæ: eſt enim ſpiritualibus adligata: & propter contractionem deſiccatur, & ſoluitur in continuitas: ideo fit dolor, & tuſsis: quandoque ſicca, quandoque humida.

Signa

Signa Hecticæ

Tertiæ ſpeciei : calor maior , quam in prioribus duabus : maior poſt prandium, quam ante : & ſi diſcerni non poſsit propter internum calorem.

Vrina in colore, & ſubſtantia oleaginea, cum multis reſolutionibus groſsis : citrina , intenſa : demum fit aquoſa, & vnctuoſa.

Cutis digitis eleuata, ad propria non reddit. Macies totius corporis ex calore membris inſito , ea conſumente, & diſſoluente. Vngues ingroſſantur, & curuantur ex reuerberatione vaporis ; ideo in medio eleuantur, & in lateribus contrahuntur. Capilli fluunt. Pulſus frequens , paruus , durus, & debilis.

FINIS EPITOME.

VALENTIAE,

Apud Michaelē S

rolla, iuxta Vni

uerſitatem.

1627.

&

Col. compl